SANTOLIUS
POENITENS.

1401868

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

COLONIÆ,
Apud NICOLAUM SCHOUTEN.

M. DC. XCVI.

Digitized by Google

MONITUM.

DUbium non eſt quin SANTOLIUS, cùm viderit præter ſpem, imò fortaſſe præter voluntatem, hoſce verſus typis mandatos, ejuret eos audaciter, quemadmodum ejuravit famoſum illud de ARNALDO Epigramma, quod in ipſum tot exprobrationes, tot tragœdias excitavit. Cæterùm prima illa culpa, quam emendare jam cæpit editis ïambicis, in quibus autorem ſe fatetur prædicti Epigrammatis, poteſt utcumque condonari SANTOLIO POETÆ, terris nimirum, vanis licet, acto pavoribus per acerbas minaceſque terribiliter Epiſtolas, quas à primoribus JESUITIS acceperat; quas quidem Epiſtolas, quanquàm publicas penè fecerit SANTOLIUS, paſſim eas & obvio cuique prælegendo, jure tamen feciſſe videretur, ſi easdem ad purgationem ſui qualemcumque prælo mandari curaret: in his etenim Litteris ſæpiùs ac ſeriò inculcatur miſero Poetæ, ipſum eſſe jam excommunicatum ac diris devotum omnibus, quîcum, ſalvâ con-

ſcien-

ſcientiâ, nulla poſſit eſſe vitæ ſocietas, ſcilicet ob celebratos piiſſimos ARNALDI manes, quem iſti antiquas repetentes fabulas, exhibent tamquam fautorem hominum adverſùs Eccleſiam conjuratorum, tanquam hæreſiarcham, hoc nomine ab Eccleſia, & ab ipſa Gallia damnatum, (a) & in omnibus hiſce erroribus emortuum. (b) Præterea prætendunt Regis animum vehementer offenſum iri, niſi Societati, quamprimùm faciat ſatis. Qui non potuit ejuſmodi minas ſuſtinere, qui potuiſſet conſcientiæ ſtimulis non cedere? Ergo prima illa ejuratio timoris fuit, hæc poſtrema Religionis.

(a) C'eſt ainſi que parle le Pere de Jouvency Profeſſeur de Rethorique dans le College des Jeſuites de Paris, dans ſa Lettre à M. de Santeul Chanoine Regulier de S. Victor. Comme cette Lettre n'eſt pas longue, & qu'elle ſert à faire voir juſqu'où peut aller la prevention &, enteſtement joint à l'ignorance des choſes les plus communes, comme de la nature de l'Excommunication, il eſt bon de la mettre icy.

LETTRE

ON m'a dit que vous aviez fait une Epigramme à la louange de M. Arnauld. Je vous ay defendu autant que j'ay pu. J'ay dit qu'il n'y avoit point d'apparence, que M. De Santeul, ſachant bien que M. Arnauld eſt mort *Chef d'un parti declaré contre l'Egliſe*, eſtant luy même Eccleſiaſtique & d'un Ordre dont la doctrine a toû-

jours eſté ſans reproche, eût vou louer & pré-coniſer *un Hereſiarque, reconn uar l'Egliſe de France pour tel, & que ſi le Roy ſavoit cela, il y auroit autre choſe à craindre pour l'Auteur de l'Eloge.* Comme je diſois bien des choſes là deſſus, on m'a montré vôtre nom à la teſte de cette Epigramme. J'ay avoué *que vous deviez paſſer pour un Excommunié, avec qui on ne pouvoit avoir en conſcience aucun commerce*, ſi vous ne retractiez publiquement cette Epigramme. J'attens cela de vôtre pieté.

JOUVENCY.

(*b*) Qui eſt mort avec obſtination dans toutes ſes erreurs condamnées par l'Egliſe: *Lettre d'un autre Jeſuite.*

EPIGRAMME DE M. DE SANTEUL C. R. DE S. VICTOR SUR LE COEUR DE M. ARNAULD

Reporté à Port-royal.

AD Sanctas rediit ſedes ejectus & exul,
Hoſte triumphato, tot tempeſtatibus actus,
Hoc Portu in placido, hac ſacra tellere quieſcit
ARNALDUS, Veri Defenſor & Arbiter Æqui.
Illius oſſa memor ſibi vindicet extera tellus:
Huc cæleſtis amor rapidis COR tranſtulit alis,
COR nunquam avulſum nec amatis ſedibus abſens,

San-

Santolius Pœnitens.

RUmpite perjurum, ſuſpiria, rumpite pectus:
Voſque ô perpetuis, heu ! mox damnanda tenebris
Lumina, ſanguineos lacrymarum effundite rivos.
Deleri haud alio poſſunt ſcelera impia fletu.

Quò me præcipitem furor inconſultus adegit?
ARNALDI tumulo inſcriptos defendere verſus
Erubui, quos relligio mihi ſancta, fideſque,
Et pietas, & amor Veri dictarat! Inani
Hos ego ſacrilegus Vates formidine victus
Ejuravi amens infando carmine! Non me
Conſcia mens falſi, non inviolabile ſacræ
Numen amicitiæ, & Capitis reverentia cari,
Non potuit me fama, pudorve inhibere furentem?
Et ſpiro ſceleratus adhuc! Non terra dehiſcit

Sub

Sub pedibus, ſævo nec fulminis igne peremtum
Tartareas adigit ſcelerum Deus ultor ad umbras!
Quanquam, heu! ſupplicium vel funere triſtius ipſo eſt,
Quæ nunc ſollicitos inter mihi vita pavores
Ducitur. Æger, inops mentis, meque ipſe tenere
Impatiens, furiis animum ſtimulatus acerbis,
Errabunda fero huc illuc veſtigia, diris
Diſtorquens rabida ora modis; tamen uſque fugacem
Perſequitur ſcelus, & miſero otia nulla relinquit.
Inſuper, ipſa mihi noctuque diuque recurſans
Exſomnem, pavidum ARNALDI me terret imago.
Non ille horrifico ſquallens apparet amictu,
Qualia poſt mortem dicunt ſimulacra videri,
Ora ſepulcrali fœdatus pulvere, & ater
Aſſurgens; ſed qualis erat, cùm ſpiritus artus
Intus agens regeret, vultuque habituque modeſto
Lenis, adhuc retinens antiquum frontis honorem.
Canities veneranda ſeni; breve corpus; at ingens
Majeſtas, placido fulgentes lumine vibrans

Leniter

Leniter in me oculos, ſcelus exprobrare videtur.

„ Tu quoque, SANTOLI, de te nil tale merentem,

„ Tune etiam infidus poſt funera prodis amicum ?

Hæc ille: At blandæ voces & mitia linguæ
Verbera, crudeli lacerant mihi vulnere pectus.
Sancte ſenex, pleno qui nunc de flumine Verum
Illud idem, quod ſic terris peregrinus amaſti,
Ore avido bibis, atque odiorum oblivia potas:
Sancte ſenex, noſtrum bonus oblivifcere crimen,
Jamque recantato fias mihi carmine amicus.
Ecce pedes reus ante tuos ſto ſupplice vultu,
Funereum collo funem, dextrâque tremente
Ardentem geſtans, probroſa inſignia, tædam.
Invito nuper calamo quos ſcribere mendax
Suſtinui Vates, ipſo vel ſanguine verſus
Eluere en cupio. Vanis terroribus illos
Atque malâ fraude extorſit crudelis Amicus.

Quem non ille dolis etenim potuiſſet eiſdem
Induere in laqueos, cùm formidabile MAGNI
Objiceret nomen LODOICI? Non ego dura

Exilia,

Exilia, aut triſtes obſcuri carceris umbras,
Sævam aut pauperiem, mihi quæ, ſi veſtra recuſem
Juſſa, minax tacito portendit Epiſtola nutu.
Regalem at timui quamvis innoxius iram
Namque (fateor enim) ſi credam hæc paucula Regi
Carmina diſplicuiſſe, loquacibus iſta poëtis
Sit quanquam aſpera lex, æterna ſilentia jurem,
Contentus tacitos Virtuti exſolvere honores.
Sed quid ego hæc autem? Stultâ formidine ludor
Credulus. ARNALDUM laudari carmine noſtro
Scilicet invideat LODOIX? Ea cura quietum
Sollicitet? Belli molem hanc dum ſuſtinet unus,
Dum conjuratas meditatur frangere vires,
Grandiaque invicto ſecum ſub pectore volvit;
SANTOLII nugas audit vel curat, & iſtis
Luſibus auguſtum velit interponere nomen?
Ergone privatas, ſacri ſub nominis umbrâ,
Placari indociles? uſque exercebitis iras?
Nunquamne ARNALDUM contra, crudelia bella
Ceſſabunt, rabies nunquam exſaturata quieſcet?

Non ſatis exilii duros toleraſſe labores,

Obſcuris maletutum in ſedibus, omnium egentem,

Et dulcem patriam & caros liquiſſe penates,

Blandaque amicorum conſortia? Frigida numquid

Oſſa viri, cinereſque juvat violare ſepultos?

Occiderit procul hinc: tellus aliena ſepulcrum

Poſſideat: manes nunc ſaltem impunè quieſcant.

Te pacem, LODOICE, iſtam quoque, Gallia poſcit.

FINIS.

1409868

527371

[illegible]

[illegible]

[illegible]